Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift

doceamus ut scriptum est qui audit dicat ueni.
id est qui ad spiritalem cenam inuitatus est ceteros quoque
inuitet ut sit domus plena discumbentium in
uita eterna. Zorobabel autem genuit abiud. quod
dicitur pater meus iste. quod est christus qui dixit ego et pater
unum sumus qui est et pater et caput omnium cre
dentium. Nos quoque dignis exerceamus operibus.
ut sit nobis ipse deus christus in patrem. et nos illi in
filios et filias. et ut talis progenies cum patre
regnet in celo. Abiud autem genuit eliachim
qui dominus ex resuscitans interpretatur. quod est christus
qui ait. qui credit in me non morietur in eternum
sed resuscitabo eum ego in nouissimo die.
Nos quoque in confessione atque lamento delictorum nostrorum
in anima cottidie resurgamus auicus ad uir
tutes ut deo uiuere mereamur in spiritu sancto.
Eliachim autem genuit azor qui dicitur adiutus quod est
christus qui ait non sum solus sed qui me misit pater
mecum est. Nos quoque adiuuante domino aereas
uincamus potestates. et in domino solo confidentes
dicamus. auxilium meum a domino qui fecit celum et terram.
Azor autem genuit sadoch qui iustus interpretatur
quod christus intellegitur de quo iohannes ait aduocatum